

DIE XV. JUNII.

SS. VITI, MODESTI ATQUE CRESCENTIÆ MM.

TRES LECTIONES.

Oratio.

**D**A Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, sanctis Martyribus tuis Vito, Modesto atque Crescentia intercedentibus, superbe non sapere & sed tibi placita humilitate proficere : ut prava despiciens & quæcúmque recta sunt libera exerceat caritate : Per.

DIE XVI. JUNII.

S. MARTIALIS EPISCOPI ET CONFESSORIS.

TRES LECTIONES.

Oratio.

**O**MNIPOTENS sempiternæ Deus, qui beatum Martialem, Confessorem tuum atque Pontificem, Ecclésiæ tuæ sanctæ præesse voluisti & quæsumus ut, ejus suffragantibus méritis, pietatis tuæ gratiam largiaris : Per.

DIE XVIII. JUNII.

B. OSANNÆ VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**E**XAUDI nos Deus salutaris noster : ut, sicut de beatæ Osannæ Virginitatis tuæ festivitate gaudemus & ita piæ devotiõnis erudiámur affectu : Per.

DIE XIX. JUNII.

SS. GERVASII ET PROTASII MARTYRUM.

SIMPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua sanctorum Mártirum tuorum Gervasii et Protasii solemnitate lætificas : concede propitius ut quorum gaudemus méritis & accendámur exemplis : Per.